



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

**Parisiis, 1644**

XVI. De foro competenti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15653**

## XVI.

*De foro competenti.*ANNO  
CHRISTI  
1418.

Dudum felicis recordationis Pilgrimus prædecessor noster prouide duxerat statuendum, ne prælatus, vel quiuis alius clericus, alium prælatum vel clericum, aut etiam laicus quamcumque personam ecclesiasticam coram sacerdotali iudice trahere vel conuenire, aut tractus seu conuentus sponte & iudicialiter præsumeret respondere: alioquin tam trahentes quam tracti, ultra poenas contra tales a iure promulgatas, excommunicationis sententiam incurserent ipso facto. Verum nonnulli laici salutis suæ immemores, contra poenas prædictas, personas ecclesiasticas, etiam si pontificali præfulgeant dignitate, ad huiusmodi iudicia \* forensia & sacerdotalia indistincte trahere non verentur. Qui quidem iudices sacerdotales nec compareant propria in persona sic citati, res & bona sua, atque beneficiorum suorum, decernunt in contumaciam inuadenda, sic, quod ipsi laici exinde, occasione recepta, bona ecclesiastica inuadere & occupare præsumunt in ecclesiasticae libertatis detrimentum. Nos huiusmodi temeritatis audaciam reprimere cupientes, datam constitutionem prædecessoris nostri auctoritate huius Concilii de fratribus nostrorum consilio innouamus, & extendi volumus ad iudices sacerdotales antedictos. Adiuentes, quod si quando laicus clericum, seu ecclesiasticam personam, cuiuscumque dignitatis vel conditionis existat, nostræ Saltzburgensis, Brixinenis, Chiemensis, Seccouiensis & Lauentinenis dicecesium, ad iudicium sacerdotale trahere vel iudicare præsumperit, tam diu in territorio trahentis & iudicantis cesseretur a diuinis, donec de huiusmodi iniuria satisfecerint parti tractæ, & absolutionis beneficium meruerint obtinere.

## XVII.

*De vita & honestate clericorum.*

Etsi per sacros Canones & nostrorum antecessorum constitutiones indecentia in vita & habitu clericorum strictissime prohibeatur, nostri tamen subiecti temporibus præsentibus hoc minime attendentes, tam in habi-

\* m. R.  
tijp. letita  
pro vetita